

Legatio à Sigismundo primo rege
Poloniae ad conventum generalem re-
gni Poloniae in Varovia indictum.

292

Post nunciatam salutem, et gratiam Majesta-
tis regiae Universis in conventu Varoviensi con-
gregatis, Nuntii ad ipsos in hunc sensum
verba facient. Ab eo tempore quo Maje-
stas regia ingressa est Magnum ducatum
Lithuanie, omni studio et labore, curavit
ut negotia illius Ducatus ad bonum ordi-
nem redigere, et causas actionesque, quo
integris ex annis, quibus illinc Majestas
sua aberat cognoscere, et secundum quod
justum esset, citius quam homines spe-
rarent, determinare potuisset, nullum penè
diem profestum per hoc tempus inter-
mittendo, quo non aliquid tractaret, ageret
ne, eo omnes conatus suos et dirigens, et
positus in Ducatu rebus in ordine, conso-
pitisque, subditorum mutuis altercationibus,
atque actionibus, atque controversiis ad bo-
num finem deductis tanto maturius ad re-
gnum huc suum, et ad hunc conventum
redire potuisset. Et quoniam inter alia, qua
illu summa diligentia egit, hoc maxime
satagebat, et in animo suo constituit per-
ficere, quo subditos suos illius Ducatus in
eum modum et ordinem reducere potuisset,
ut adversus communes cum regno hostes,
mutuis et paribus viribus quotannis resi-
statur

statum, ob quam rem ea sententia confi-
ciendum statuerat Vilnae conventum, circa
festum Pentecostes, ubi prudentia et auctori-
tate sua effecit, quam in toto Ducatu illo
universa bona singularum Personarum con-
scriberentur, idque mox perfici curavit Ma-
jestas sua, et designatis in eam Provin-
ciam Notariis, ad statutum diem sibi rege-
stra apportari, et sub juramento fideliter
exhiberi mandavit. Et dum bona ipsa vi-
suntur conscribunturque Majestas regia
interim, ab actionibus et curis nunquam
quievit. Cumque sic sollicita esset Majestas
sua, totque ac tantos labores, sine inter-
missione sustinuerit, volens et maxime ac-
quiescens omnia, atque imprimis ipsam forma-
lam ad modum defensionis, contra commu-
nem hostem ad optatam calcem deduce-
re. Statuit item alium conventum ejus-
dem Subditis Ducatus sui ad festum San-
cti Martini proxime lapsam in quo bo-
na ipsa conscripta debito modo estimaren-
tur, et taxarentur, ut expensis facultatibus
universi Ducatus, id tandem pro sustinenda
aspidua et perenni Defensione statueretur,
quod facultas incolarum illius Ducatus di-
uturno tempore ferre posset, dumque cir-
ca ista Majestas sua diu noctuque sude-
ret, invidit egritudinem talem, que ad nul-
lam actionem ejus Majestatem sineret,
nimioque ad nimium motum corporis
Darius

867

Durius Majestatem suam affligeret defluam
quodam ut medici dicebant, à capite in
coxa dolorem intensum generante. Quacau-
sa cessatum erat à perficiendis istis Majo-
ribus negotiis minorâ interim per dominos
Consiliarios disponentibus et perficientibus. Tan-
dem post viginti et aliquot dies Majestas
regia resumpta Dei benignitate et ope me-
dicorum, sanitate etiamnum non omnino tu-
ta ab inclementia et asperitate aëris, cui
ne se ullo modo Majestas sua exponat, me-
dici consulunt et observantur. Negotium ta-
men Defensionis resumpsit, et incessanter ex
registris bonorum conscriptorum rationes
colligit, unde liquere posset quibus copiis per-
petuo stipendio, hostibus infidelibus ab hoc
Ducatu resisti sit possibile. Et quamvis ratio
hæc Defensionis utpote nova et insolita, tam
ex quo tempore, quo illuc agit Majestas re-
gia perfici non potuit, ut que bono indi-
get consilio, quo diligenter in omnem even-
tum provisâ, et constabilita desideratum com-
modum afferre valeat. Majestas tamen re-
gia reliquum ejus rei curande et consum-
mandæ, quam tam optimo exordio incepit,
et progressu demonstrato dominis Senato-
ribus Magni Ducatus Lithuania committere
voluit et ipsam et ad hunc conventum uti
ab initio animo conceperat, venire jam præ-
parabat. Quod ubi domini Consilarii Lithuania
persenserunt non sine marore quaesiverunt

Majestati

Majestati sue regie, quod illos tam subito præ-
sentia sua orbare vellet, relictis minimo post
habitis tot et tantis Ducatus sui magnis et
periculosis necessitatibus ponentes, ob oculos ad-
versitatis Dam^{na} et pericula innumera, que di-
cessum Majestatis regie, procul omni dubio
essent secutura. Supplicaveruntque maximis
preibus Majestati regie ne se ab eis tam
cito subduceret, sed cepta negotia ad suum
et Dominiorum suorum ac Christianae Repu-
blice commodum perficeret ad optatumque por-
tam et finem deduceret, unde ipsi scire et ex-
periri ac glorian possent, se quoque habere
Dominum et Principem qui eorum sine inte-
reant^{is} curam ageret, asperentes se etiam ab
antecessoribus non degenerasse, sed illorum
vestigia secutos, fide et obediendi propiti-
dine non hoc demeruisse, ut ex domino
hospitem habeant, et non in patria sed fo-
ris pacem, tranquillitatem et omnium opti-
ma justitiam querere cogantur. Commemo-
rarunt insuper, ipsique perpetuis sex annis
non fuit illis datum frui conspectu, et præsen-
tia Majestatis sue regie, unde infinitas ac-
tiones causas controversias et Difficultates
nasci fuit necesse, tamen cum alia Majora
negotia Regi Poloniae, presentiam et ma-
ram Majestatis sue postulassent, tulerunt
patienter et æquis animis tam longo tem-
pore, absentiam Majestatis sue, propter quam
tot et tanta exorta sunt negotia in eo du-
catu

869

catu. Quam ubi illa absque fine debito relin-
queret Majestas regia, jam Ducatum ipsum
desponderet mole tot periculorum et negotio-
rum militarium et interiturum. Neque sibi sibi
persuadere vellent, ut domini Poloni, cum qui-
bus ut jam olim communem dominum, ita
etiam quaeque adversa et prospera indivisa
semper habuerunt, et etiam habituri sint Dein-
ceps, ad Incolarum Magni Ducatus Lithuanic
calamitatem et Detrimentum, ac etiam ut nunc
sunt tempora ad eorum interitum importune
efflagitarent a Majestate regia, ut relicto hoc
Ducatu absque ceptorum negotiorum consum-
matione se ad regnum reciperet, nam tale de-
siderium et similes conatus Derogarent pluri-
mum veteri illo inter haec Dominia amoni et
favori et concordiae mutuis beneficiis et officiis
jam diu sanctissime invite, et constabilitate
Majestas itaque regia pro prudentia sua
animo revolvens, haec et alia forsan his ma-
jora, quae in medium nunc afferre incau-
tum esset, expendens quod quantum com-
modum sit illatura Dominiis Majestatis suae
cepta ratio Defensionis in illo Ducatu, quan-
tum denique dispendii et calamitatis atque
periculi dependeat Ducatui ex abitione Ma-
jestatis suae, comperit satius esse, ut illi ad-
huc paululum subsistat, et quod bonis avi-
bus cepit fieri non cesset. Quando praesertim
est vententia, sub eo Hiemis tempore, non proset
Majestas sua, absque sanitatis suae periculo

tantum

tantum itineris pertransire, quam ubi alia
non obstarent Majestas tua pro suo quiescenti
ga Dominia sua gerit perpetuo amore ni-
hili penderet, etiam vitam suam periculis qui-
busque exponere pro pace tranquillitate et com-
modo Dominiorum et Subditorum suorum. Hort-
tatur itaque Majestas regia Vestras domina-
tiones, et rogat, ut hanc absentem Majestatis
sue aequo animo foveas, et boni consulere ve-
litis, ac Depositis privatis similitudinibus et odi-
is, si quae pullulant, pro gratia Majestatis
sue regiae pro quo amore reipublicae, et com-
munis hujus Patriae diligenti studio et cura
in hoc incumbant et consulant, ut nobiles
Masovia ad ferenda aequanimiter cum regno
onera pertrahantur, utque etiam tuendi et
defendendi regni, bona atque utilis aliqua
ratio per vestras Dominaciones inveniat
et statuatur. Majestas quoque regia dabit ope-
ram ut interea dum hic consultabunt do-
minaciones vestrae investigare valeat, quibus
copio quotidie Ducatus Lithuaniae adversus ho-
stes Tartaros fines suos firmare poterit, de
quo curabit Vestras Dominaciones, hic etiam
in conventu facere certiores, et ita agere,
ut mutuis, et concordibus viribus ac animis
communi et perpetuo hosti resistatur
de quo vestrae quoque Dominaciones hic
consulere velint, et modos querere quibus
defensio aliqua certa et solida regni inve-
niri et institui possit. Quod incolae Maso-
via

891

vie attinet, habet Majestas regia spem bene certam, quod illi prothabitis diffugiis et dilationibus, jam tandem ad regni corpus sua sponte accedent, quod ubi facere adhuc reluctaverint, Scituros illos vult Majestas regia se nihil pretermisurum adversus ipsos exequi, quicquid ex consilio vestrarum dominationum sanctum fuerit. Nam Majestas regia conventum regni huc instituit potissimum ea causa, ut facilius negotium istius ducatus ad optatum effectum deduci posset, et conventus particularis ac Generalem tempestive in hoc Ducatu in hoc Ducatu celebrandos instituit, quo precluderet illis viam amplius elaborandi a preterito debito, per quod regno accedere et incorporari tenetur. Et quoniam superioris Anno in preterito conventu decretum erat, ne aliquis ex subditis Majestatis regia extra regnum erat, ne aliquis ex subditis Majestatis regia extra regnum militaturus, stipendia facere audeat. emisitque Majestas regia edicta sua hoc vetantia, quae per universum regnum promulgata sunt, fuere tamen nonnulli, et nonnumquam forte sunt, qui non sine maximo dedecore et levipendio Edictorum Majestatis suae ea ipsa edicta et mandata transgredi et contempere non verentur, postulat Majestas regia ut vestre Dominationes consilium prebeant Majestati suae quomodo tam audaces pro dementis castigare debeat, et qua poena afficiendi erunt

illi

illi, qui deinceps tanta audacia non verentur transgredi mandata et edicta Majestatis regiae ac decreta conventus generalis. Nam Majestas sua nollet praebere ullam justam occasionem non principi, non regi tantum, sed ne quidem cuiquam Mortalium dissensionis disturbari, et inimicitiae, et cum ab initio visum esset neutram partem istorum Regum dissidentium, juvare vel impedire vellet Majestas sua, uti Christianum principem decet, hoc quod pollicita est responsa non verbis tantum praestare. Quicquid praeterea vestrae dominationes Majestati sua regiae decens honestam et reipublicae utile consilio assecuti fuerint, tam in juriis reformatione et in funderum estimatione, quam in favore et auctoritate sua approbare dignabitur. Neque dubium est ullum Majestati suae hujus postulacionis et desiderii sui vestras dominationes rationem bonam habituras, atque reverentes erga Majestatem suam, nunc in praesentibus negotiis exhibituras, quales fidei sinceritas et obediendi promptitudo requirit, et a proavis jam olim fecit insignes eos, atque ad haec culmina, pro unius cujusque virtute et Majestatis regiae gratia gloriose perduxit. Majestas autem regiae ut haec tenus omnes et singulos ex vestris dominationibus gratia sua prosecuta est, ita demum pro isto, quem huius praestituri estis obsequendi studio, singulorum ex vestris dominationibus honorem et fortunas augere pro gratia sua regiae dignabitur et pollicetur.